# Badische Landesbibliothek Karlsruhe

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**


# Bedae in actus apostolorum expositio - Cod. Aug. perg. 77

**Beda <Venerabilis>**

**[S.l.], [9. Jahrh.]**

Beda Venerabilis: prologus in Actibus Apostolorum


urn:nbn:de:bsz:31-57675



Visual Library

INCIPIT PROLOGUS BEDAE PRESBYTERI in actibus apostolorum

DOMINO IN XPO
desiderantissimo & uere
beatissimo accan epo beda per
petuam in dno salutem. Accepi
creberrimas beatitudinis tuae
litteras quibus me commonere
dignatus es ne mentis acumen inerti
otio torpere & obdormire per
mittam; Sed meditandis scrutan
disque cotidie scripturis uigil
atque indefessus insistam.
& post expositionem apocalip
seos sci euangelistae iohannis.
quam fris nri eusebii rogatu trib;
libris complexam. mox tibi trans
scribendam destinaui; In expla
nationem quoq; beati euangelistae
lucae. iuxta uestigia patrum
quantū ualerem sudoris inpendā.
qđ quia facere necdum potui. &
operis uidelic& inmensitate ꝑ
territus. & obstrepentium causa
rum. quas tu melius nosti neces
sitate ꝓpeditus; ne tamen tuae
postulationis contemptor &ur
auctoritas. qđ interim potui feci.
misi enim opusculum in actus

apostolorum. quod ante non
multos dies editum. & uelocissime
quantum tempus dederat ne sacro
sanctae uoluntas impedir&ur.
emendatum membranulis indideram.
ubi ea quae uel mystice gesta uel
obscurius dicta uidebantur. ut po
tui dilucidare temtaui. In quo me
opusculo cum alii plurimi fidei
catholicae scriptores. tum maxi
me iuuauit arator. scae romanae
aecclesiae subdiaconus. qui ipsū
& ordine librum heroico carmine
ꝑcurrens. nonnullos in eodem
matro allegoricae flores admis
cuit. Occasionem mihi tribuens
uel alia ex his colligendi uel eadē
planius exponendi; Actus
Igitur apostolorum ut beatus
hieronimus ait. nudam quidem
sonare uidentur historiam. &
nascentis aecclesiae infantiam
texere; Sed si nouerimus scrip
torem eorum lucam esse medicū
cuius laus in euangelio est.
Animaduertimus pariter omīa
uerba illius animae languentis
esse medicinā. E quib; nos aliqua
iuxta modulū nrae paruitatis

lib' mon augie maioris.

H.B. HOFBIBLIOTHEK KARLSRUHE

expositum. Primo admonere
curauimus. ipsum euangelistam
lucam ut dictum est iuxta tradi
onem ueterum aecclesiae tracta
torum medicinae artis fuisse
peritissimum. & magis grecas litte
ras scisse quam ebreas. unde ser
mo eius tam in euangelio quam in
actibus apostolorum comptior est.
& saecularem redol& eloquentiam
magisque testimoniis grecis utitur
quam ebreis. Ex quo accidit quod
maxime miror. & propter ingeni
tarditatem uehementissimo stupo
re pulsus. nescio pscriuatri qua
ratione cum in ebraica ueritate
a diluuio usque ad abraham decem
generationes inueniantur. ipse
lucas qui spiritu sancto calamum regente
nullatenus falsum scribere potuit.
undecim generationes iuxta LXX
interpretes adiecto cainan in euan
gelio ponere maluerit. Ideo
autem in euangelii prohemio dicit
sibi uisum esse ex ordine diligenter
scribere. quoniam multi conati sunt.
sed eos non debemus accipere.
quorum in aecclesia nulla extat
auctoritas. quia id quod conati sunt
implere minime potuerunt.
Iste autem non solum usque ad
resurrectionem adsumptionem
que domini perduxit narrationem suam
ut in quattuor auctoribus euan
gelicae scripturae dignum suo
labore haber& locum. Uerum etiam
deinceps quae per apostolos gesta
sunt. quae sufficere credidit
ad aedificandam fidem legentium
uel audientium ita scripsit. ut so
lus eius liber fide dignus habe
retur in aecclesia. De apos
tolorum actibus narrantis repro
batis omnibus qui non ea fide qua
oportuit facta dictaque aposto
lorum scribere ausi sunt. Eo
quippe tempore scripserunt
marcus & lucas. quo non solum
ab ecclesia Christi uerum etiam ab
ipsis adhuc in carne manentibus
apostolis probari potuerunt;
Nam domini nutu gerebatur ut
non solum apostoli qui uiderant.
sed & discipuli qui auditu didi
cerant. facta Christi dictaque
conscriberent. quatenus se
quentibus ecclesiae doctori
bus. et quae non uiderant

p̄dicandi scribendiq; fiducia
pariter & auctoritas p̄beretur. Actus uero apostolorū
& p̄cipue beati pauli cuius In
diuiduus in pegrinando comes
extitit. beatus lucas sicut
uidetur ipse composuit. quo ex
omnis textus quantum ex alio
rum historiis animaduertere
potuimus continet annos. XXVIII.
id ē. tyberii caesaris annos
VI. gaii annos IIII. claudii an
nos. XIIII. Cuius principio
petrus apostolus romā uenit;
& quarto anno fames facta.
Octauo sunt iudaei roma ex
pulsi. Item neronis annos IIII.
quorum duos extremos bea
tus paulus romae in libera
mansit custodia. Ex quo in
tellegimus. In eadem urbe
librum esse compositum. Item
que ut p iudaeorum quoque
reges. eadem tempora discer
nam. herodes philippus &
lysanias tetrarche p̄fuerunt
annis. VI. agrippa filius eius
sub quo paulus romam missus
est annis. XV. Cuius restant

Herodes rex qui & agrippa quae
sure periit. annis VII.

usque ad subuersionem hieroso
lymorū anni XII. haec dis
tinctius exsecutus sum ut cum
eiusdem libelli reuoluas his
toriam. quid sub quo tempore
gestum sit. euidenter agnoscere
possis. misi autem & expla
natiunculam epistulae bea
tissimi euangelistae iohannis.
Cuius maximā partē ex omeliis
scī augustini beatissima suaui
tate diffusis compendiosius
breuiator excerpsi. nonnulla
uero In calce etiam proprio
sudore subtexui. In quo utro
que opere siquid utilitatis
Inueneris di donis adscribe
siquid supflui. meae fragi
litati compatere;

INTERCEDENTEM PRO NOB
BEATITUDINEM URAM
DNS OMPS AD REGIMEN
ECCLESIAE PERPETUO CON
SERUET INCOLOMEM.